Quinti topicorum.

Si aliquid dicitur eſſe proprium alteri us ꝛ non ſeparat ipſum ab omni alio non bene aſſignatum eſt eſſe propriū

Gratia diſcendi proprium aſſignatur. vnde proprium ſemper debet aſſignari p notiora

Sentire dicitur dupliciter. ſ. habere ſenſum ꝛ vti ſenſu. Similiter de ſcire.

Obſcurum eſt quod multipliciter dicitur.

Conturbat audientem qḋ frequenter dicitur.

Incertum ꝛ frequenter dicere contingit dupli citer. ſ. vel frequenter nominādo idē vel po nendo diffinitiones pro nominibus.

Oppoſita ſimul ſunt natura.

Omne ſenſibile extra ſenſum factum incertū eſt quia dubium eſt vtrum ſit vel non quan do recedit a ſenſu.

Ignotum eſt cum occiderit ſol ſi adhuc feratur ſuper terram eo quod nos tunc amiſimus ſenſum.

Iiſdem in quantū eadem. eadem inſunt. vel non inſunt.

Ei qui omnino inſtat omnino aduerſandū eſt

Quod per ſuperabundantia dicitur. vni ſo li conuenit.

Tres ſunt ſpecies ignis. ſ. lux. flamma: carbo ꝛ hoc verum eſt.

Si ſimpliciter ad ſimpliciter: magis ad ma gis: maxime ad maxime: ꝛ econuerſo.

Impoſſibile eſt idem plurium proprium eſſe.

Sexti topicorum.

Genus maxime eorum que ſunt in dif finitione videtur diffiniti ſubſtantiam ſignificare.

Facilius eſt quēlibet feciſſe: quam bene feciſſe

Oportet diffinientem planiſſima interpreta tione vti. eo quod cauſa innoteſcēdi reddit diffinitio. vnde diffinitio non debet eſſe ob ſcura: nec aliquid ſuperfluū continere.

Ductio ꝛ cōmenſuratio ſunt equiuoca. ex quo accipitur cōmuniter. ꝙ omne nomen varia bile natum ē omnino equiuocum: quia non ſolum ſignificat agentis actionem ſed rei paſ ſe paſſionem: ꝛ ipſam rem paſſam.

Equiuocorum non eſt diffinitio vnde ſolꝰ ſpe ciei eſt diffinitio.

Omne inconſuetum eſt obſcurum.

Omnes transferentes ſecūdū ſimilitudinē ali quam transferunt.

Imago ē cuius generatio eſt per ſimilitudinē

Qui bene diffinit: contraria conſignificat.

Illud eſt ſuperfluū in diffinitione quo oblato ipſum quod remanet manifeſtat qḋ diffinit

Flegma eſt humidum primum a cibo idigeſtū

Si vniuerſali dicto addatur ꝛ particulare ꝛ econ tra eſt ſuperfluum.

Diffinitio debet dari per priora ꝛ notiora. qꝛ omnis doctrina ꝛ omnis diſciplina ex prio ribus ꝛ notioribus.

Vnius ꝛ eiuſdem rei non poſſunt eſſe plures diffinitiones ſed vna tantum.

Omnis bona diffinitio debet cōſtare ex gene re ꝛ differentia: ſeu differentiis.

Simpliciter notum non eſt. quod ab omnibus notum eſt ſed intellectu diſpoſitis.

Oppoſitorum eadem eſt diſciplina. ꝛ ſunt ſi mul natura.

Impoſſibile eſt vnum oppoſitorum cognoſci ſine altero.

Dies eſt latio ſolis ſuper terram. ergo qui die vtitur ſole vtitur.

Grammatica eſt ſcientia recte loquendi: recte qꝫ intelligendi. ꝛ id quod profertur recte accentuandi.

In diffinitione alicuius rei debet poni genus propinquum ꝛ non remotum quia in gene re propinquo ſit diffinitio.

Omnis ſpecifica differentia cum genere: fa cit ſpeciem.

Genus per ſe non predicatur de differentia.

Omnis paſſio magis facta abicit a ſubſtantia ſed differentia ſaluat id cuius eſt differentia. ergo differentia non eſt paſſio.

In diffinitione proprie paſſionis: poni de bet ſubiectum.

Magis amans non magis: concupiſcit coitū.

Omnis diffinitio data per coniunctionem diſ iunctiuam vel negatiuam vituperanda ē.

Finis in vno quoqꝫ genere eſt optimū. ꝛ gra tia cuius ſiunt alia.

Omnes honorem appetūt.

Qui ſcientia diffinit quodammodo ꝛ ignoran tiam diffinit.

Impoſſibile eſt incorporeū: corpori imiſceri.

Non ſolum qui clam ſumit. ſed qui vult clam ſumere latro eſt.

Septimi topicorum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf